

DEUCALION ET PYRRHA.



Ultum *Æaco* debent *Æginetæ*, quia absumptis posse mortalibus *Jovem* precibus flexit, ut formicas transformaret in homines, qui viduatam civibus urbem incolerent, plus tamen *Deucalioni* & *Pyrrhæ* debet mundas, cùm enim solute *Cæli* caracæ ad *Jovis* Imperium orbem tumulassent, *Deucalioni* & *Pyrrhæ* speciali *Deorum*

favore servati, jussu sunt ab oraculo magnæ parentis ossa post terga jacere, mentemq; *Dex* subtili conjectura assècuti, lapides è terra crustos velatis capitibus projecerunt, qui humanam assumpserant naturam solidiore lapidum parte ossa, & humidiore carmen induente, totam verò felicitatem suam *Agrippina Imperatrix* *ELEONORÆ* debet *Austria*; languet illa gravi mœrore confectâ ob creptis immatura morte *Principes*, nihil cùm *Regioni* acerbis potest accidere, quam si *Regis* clementissimè imperantis successio deficiat occidente plerumq; cum ea *Patriæ* felicitate, hinc ob frequentes *Agrippina* *ELEONORÆ* partus exultante procul dolore *Austria* tota animatur in gaudiis; Jactabat olim *Agrippina Augusta*, sibi soli contigisse, ut simul esset *Imperatoris* filia, uxor, soror & mater, ignara se mundi portentum & viperam genuisse materno utero fatalem; parumque gloriæ in se redundare posse ex corruptis aliorum moribus. Longè justiori titulo gloriari potest *Serenissima Danica Neoburgica*, se à *Deo* electam esse, ut *Cæsari* *Regibusq;* sponsas, & *Populis* *Dominos* subministrat. *Cyncas* olim interrogatus à *Pyrrho* qualisnam *Roma* esset? teste *Juliano* respondit, *Roman urbem sibi videri*. Quod si præsentem *Serenissima Danica Neoburgica* spectaret gloriam, eam procul dubio vocaret novam *Cybelen*. terrestrium *Deorum*

RAO

B

matrem.

matrem. Summum olim momentum in eo posuit Juno, quod à summo Monarcha in conjugem esset assumpta, expugnassetq; vacillantis Paradisi animum, nisi amor offuscasset rade patris judicium, potest equali jure etiam Augustissima ELEONOR A gloriari, se summo Monarchæ nuptialium unitam credere, cum hac tamen prerogativa, quod in lætam Principes egderit, tante expectatione, ut Corneliam Græchorum matrem imitari possit, quæ matronæ Campanæ pretiosissima suarum vestium ornamenta extolenti filios ostendit, dicendo: hæc sua esse ornamenta, unde merito in subditorum animis regnat lætitia cœlestibus ipsis invidenda, Junonis enim sterilitas nunquam Cœlestem solvit in gaudia, nec ad aliud profuerunt aggresse Apollinis lætuce, quàm ut absq; Jovis concursu pareret filiam Heben. à Cœlestium ministerio amovendam, quàm imò macroccam auxit Vulcani nativitas à Cœlo tantam deformitatem non ferente dejecti, cumq; Jupiter suscipienda proles desiderio teneretur, coactus est percussam caput aperire, ut ex eo prodiret armata Pallas. Unde cum felicitas juxta Diogenem in verâ consistat lætitia, sibi solo Poëtarum cœlo feliciorum dicam Austriam, cui Augustissima Imperatrix frequenti partu multiplicat gaudia, & sic gratias æveta Maximiano & Constantino facta potest jure merito dirigere Austriam ad LEOPOLDUM & ELEONORAM; *maximus æterni Principes gratias agimus, quod suscipienda liberi quædam Neopostulistica Pesseri Genere propagando, omnibus in futurum seculo providenda: totidem, ut Romanorum nam de corpore regentium moribus factis, jussu tandem perpetuo Dominis Pesseri*



GRA-